



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita Venerabilis Arnesti, (vulgò Ernesti) Primi  
Archiepiscopi Pragensis**

**Balbín, Bohuslav**

**Pragæ, 1664**

Notæ in Caput XIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42763**

cum illo terrarum tractu tenebant) commendavit, unumque illum omnium suarum facultatum scripsit heredem; neque repugnare Fratres, sed Arnesti Pietatem, & Justitiam pridem perspectam venerantes, portionem debitam ex ejus sacris manibus accipere maluerunt. Recitabo Antiquitatis amore earum litterarum exemplar, similiusque properè ex hisce tenebris, ut pridem cupio, emergam. Septendecim Annos in Decani officio egit Arnestus; quid tamen antiquitas nobis reliquit, quod scribi posset? nihil per ignaviam agebat, ad DEI Maximam gloriam referebat omnia, vestigia ubique imprimebat altissimæ Virtutis, unum tot præclaris facinoribus præconium defuit; itaque rerum quas scriberem inopiam, cæcā quadam in nocte hæcēnus videbar versari

Virgilii.

ruit Oceano nox

Involvens umbrâ magnâ terrâmq; polûmq;,  
at in posterum ut jam hinc video

alto se gurgite tollunt  
Solis Equi, lucemq; elatis naribus efflant.

## Notæ in Caput XIII.

DUOS MUTOS  
CAPITE S.  
VENCESLAI  
ADMOTO CU-  
RAT ARNESTUS.

**A**D Arnestum parte aliquâ spectat: Ad De-  
canum Ecclesia Pragensis cura sacri corporis pertinebat, qui  
admoveere morbis sacrum illud caput solebat. Se ipsius (cum  
semel bene processisset negotium) imitatus Arnestus, coram Carolo  
Cæsare, ut diserte narrat Hagecius An. 1347. attractu sacri Capitis  
alium Mutum sanavit, totamq; facti hujus gloriam in D. Wences-  
laus merito transtulit.

DEUM



DEUM suorum amicorum, & charissimorum  
injurias. Exempla passim in Speculo Exemplorum invenies ;  
blasphemias in Sanctos extremis & atrocissimis supplicijs divinitus  
punitas, lege apud Dauroultium, alioſq;. Solicitus est de honore San-  
ctorum suorum DEUS. Ubi nos habemus in Genesi : Non permane-  
bit spiritus meus in homine ; in Hebreo esse dicitur : non invagina-  
bitur spiritus meus ; est enim DEVS (ut loquitur Franciscus Ge-  
orgius Probl. 79. in Genesim) in Sanctis suis velut gladius in vagina,  
ob velocitatem scilicet auxiliū, ob defensionem Sanctorum, &c. Huc  
referri potest illud, quod D. Ambrosius de Beatissimae Virginis de-  
fensione dixit : Maluit Dominus aliquos de sua generatione,  
quam de Matris pudore dubitare.

Recitabo litterarum exemplar. Hoc ipsum, ut ap-  
ponerem, quidam in Antiquitate curiosi monuerunt.

Arnostus de Scara Testamenti  
sui Executorem constituit R. D. Arne-  
stum Decanum Ecclesiae Pragen-  
sis, filium suum. An. 1341.

<sup>Ita in vete-  
sta membra-  
ha invenio.  
in Originali.</sup>

<sup>Archiv. Glas.</sup>  
N. 17.

**N**overint universi, presentes litteras  
inspecturi: quod ego Arnostus de Sca-  
ra, licet aliquantulum æger corpore, sanus  
tamen mente, & in bona valetudine rationis,  
dilectum filium meum D. Arnestum, Deca-

K 2 num